



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXC. De Vastatione terrae Carsoviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Henricus à Plocz XVII. & ult. Mag. Prov. in Prussia.*

CAP. CCXC.

*De**Vastatione terræ Carsoviæ.*

F Rater Volz vel Volradus Commandator de Raganita audi-
ens quod Carsovvitæ cum exercitu profecti essent contra fra-
tres de Memela, jussit fratrem Hildebrandum de Rebergk pro-
cedere ad bellum contra ipsos, qui assumptis sibi quibusdam fra-
tribus & LXXX. Viris intravit dictam terram Carsoviæ & præter
incendium & rapinam deduxit secum LXX. homines captivos.

CAP. CCXCI.

*De**Subversione Suburbii de Castro
Putenica.*

N Ota quod hæc quæ seqvuntur de fratre Volz Commandato-
re prædicto in diversis annis facta sunt, licet hic simul po-
nantur. Ipse enim congregato Exercitu cum his, qui sub di-
tione sua fuerunt constituti, navigio ascendit fluvium Juram,
& procedens ultra ad Castrum (*) Putenicam in ortu diei oc-
culte dormientibus castrensis intravit suburbium, & captis
& occisis præter eos, qui ad Castrum confugerant redegit in fa-
villam.

(*) Puteba, quæ hic Putenica dicitur, oppidum est Juriæ amni imminens.

Vid. Kojalovvicz part. 1. lib. 6. pag. 231.

CAP. CCXCII.

De eodem.

Zz 2

Eo-

